

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor ay  
cum fonte primo

Vultis a me audire quare et  
quomodo diligendus est Deus,  
et ego dico quod causa diligendi Deum  
Deus est; modus, sine modo diligere.

Ob duplicem causam dico Deum  
propter se diligendum,  
uel quia nichil iustius,  
uel quia nil fructuosius diligi potest.

Bernardus in libro de amore Dei.

Vultis ergo a me audire quare et  
quo modo diligendus sit Deus.  
Et ego: Causa diligendi Deum,  
Deus est; modus, sine modo diligere.  
Estne hoc satis? Fortassis utique, sed sapienti.  
Ceterum si et insipientibus debitor sum,  
ubi sat est dictum sapienti,  
etiam illis gerendus mos est.  
Itaque propter tardiores idem profusius  
quam profundius repetere non gravabor.  
Ob duplicem ergo causam Deum dixerim  
propter seipsum diligendum:  
sive quia nihil iustius,  
sive quia nil diligi fructuosius potest.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de diligendo  
Deo*, 1 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.  
Rochais eds., pp.119-20, ll.18-21, 1-3).